



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De tribus quæstionibus Pauli. tit. 148

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

fuerit sine querela in iustitia operum & legis, sed ab  
ijicit ut stercora, quatenus habet iustitiam, quæ est.  
de Iesu Christi est, sine iustitia fidei, legis nulla est.  
ex operibus legis non iustificatur omnis caro, &c. in  
licet non iustificet, id est, causa sit, propter quæ Deus  
iustificet & saluer, sed Christus, attamē necessaria est,  
quod sine illa prior non retinetur. Romanor. 1. Sisc.  
cundum carnem vixeritis, &c. subinde etiam habet  
sua præmia in hac & post hanc vitam, 1. Corinth.  
13. & 15.

Tertiò, hanc iustitiam fidei, dicunt sectæ, quod nō  
nouit Ecclesia Romana. Item quod nullam aliam iu  
stitiam doceat præter legis, hac esse iustum hominē,  
hac mereri remissionem peccatorum, hac satisfacere  
perfectè legi Dei &c. quæ omnia sunt falsa & menda  
cia. Omnis qui credit in Christum, sicut omnis à ba  
ptismo & puerō credimus & voulimus, hic habet iu  
stitiam fidei, & primò & ante omnia opera. Hæc est  
fundamentum, id est, fides in Christum, & super hoc  
quisque struit, hic argentum, iste aurum, ille stipula,  
fœnum, lignum, 1. Cor. 3. id est, opera, & iuxta illa red  
det cuique Deus, Mat. 16.

Quartò, Ecclesia docuit semper nos gratia, id est,  
misericordia Dei propter Christum iustificari, & gra  
tia Dei esse iustos, & id quod sumus, sicut Paulus 1.  
Cor. 15. dicit, gratiæ Dei id est, Acto. 15. Sed Poëtica  
Theologica hoc, quod Ecclesia tribuit gratiæ, hoc in  
quam ipsa fidei soli tribuit. At cū misericordia Dei,  
passio Chriſti, non sit fides mea, sed fides ut medium  
apprehendit illa, ideo rectius docet Ecclesia.

*D E T R I B U S Q V A E S T I O  
nibus Pauli.*

**TITVLVS CXLVIII.**

T. 111

**T**E S difficillimas quæstiones soluit Apostolus in suis scriptis. Prima est, quidnam iustificet, id est, impetrat remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, vitam æternam peccatori, num fides Christi, an opera aut obedientia legis? altera quæstio: si fides iustificet, & non decalogus, an omittendus sit, necne? Tertia: Si decalogus ex fide obseruandus est necessariò, an mereatur vitam æternam?

Ad primam quæstionem sic respondet, Roman. 3. Arbitramur hominem iustificari fide aut per fidem, gratis absque merito operum legis, etiam si præcesserint iustificationē. Gratus iustificamur gratia ipsius, id est, Christi, per fidem. Iustificatio autem nunc est remissio peccatorum, acceptatio personæ in filium Dei, & heredem regni æterni, Roman. 8. atque donatio cum spiritu sancto, ad Tit. 3. omnia hæc impetrat fides propter Christum. Non ergo propter obseruandum Decalogi aut operum Deus iustificat, sicut opinantur Iudei, sed propter fidem in Christum. Illum constituit Deus propiciatorem, id est, causam esse iustificationis, & non opera legis, eò quod conscientia non quietatur per opera, in quibus semper adhuc aliquid desideratur, quod minus factum est. Ioann. septuim. Nemo vestrum seruat legem. Acto. 15. Primus ergo gradus est salutis, confiteri quoniam propter solum Christum gratis iustificamur, &c.

Alteram questionem quoque soluit, Roman. 3. sci-  
licet, quod licet Deus per fidem in Christum iustifi-  
cat, & non propter decalogum ad opinionem Iudeo-  
rum, attamen necessariò fieri debet obseruantia il-  
lius. Fide ergo destruimus legem? Absit, immò sta-  
nuimus legem, sed hoc quare? Respondeo, Propter  
præceptum Dei, qui præcepit obseruare decalogi ope-  
ra, Exo. 20. Leui. 26. & Deut. 28. & Deo tenemur obe-  
dire. Et si non obedierimus, & carnales in fide fueri-  
mus,

mus, tunc sequetur perditio fauoris & gratiæ diuinæ  
atq; salutis æternæ. Rom. 8. Si secundum carnem  
xeritis, &c. i. Cor. 6. Ephe. 5. Galat. 5. opera carnis si-  
iam punitio in 3. & 4. generationem &cæ. Necesse  
ergo requiruntur pia opera post fidem, aut ex fide  
Christi facta, si gratia, iustificatio, promissa talis re-  
tineri debent. Obedientia igitur & retentio iustifica-  
tionis, statuunt ex fide legem.

Tertiam quæstionem, an decalogus mereatur vi-  
tam æternam, soluit, respondēs primum Rom. 5. grati-  
tia, vel donum Dei, vita æterna: pro quo notandum,  
quod nullus Apostolorum neq; Christus præcisell-  
lo termino vtuntur, scilicet, quod opera mereantur  
vitam æternam, sed alijs verbis, id est, metent, Gal. 6.  
vitam æternam, & Christus, possidere, Mart. 25. Veni-  
te, possidete, &c & Matth. 19. Si vis ingredi in vitam,  
&c. & 2. Timoth. vltim. apposita corona iustitiae que  
verba omnia potius id significare videntur, qd' alius  
est, qui meruit vitam æternam: & alius est qui meruit  
possidet, capit coronam misericordiæ. Ideo Chirillus  
licet solus meruit cœlum, nulli tamen distribuantur  
nisi per medium operum, & obedientiam decalogi.  
& sic concludit Paulus, quod nos sumus possellari,  
&c. per opera, vt me tua, non tamen vt merita, &c. So-  
li Christo gloria.

*QUID EST PRAESTINATIO,  
VOCATIO, IUSTIFICATIO, & GLORIFICATIO.*

TITVLVS CXLIX.

**P**RIMO, prædestinatio est electio, qua ex  
misericordia Deus nos ab ætero elec-  
tit ad salutem propter Christum, Ephe-  
si. Elegit nos in Christo ante confu-  
sionem mundi, ad laudem gloriarum  
sue. Non ergo habet aliam causam hæc electio nisi  
Christum, non nostra merita aut opera legis. Rom. 9.

Non